

CAPUT PRIMUM.

DEI DEFINITIO ET EXISTENTIA.

I. DEUS QUID SIT DEFINITUR, XVI, 362, 2 et seqq. Variæ de Deo ex philosophis definitiones, *ibid.*: Spiritus est Deus; et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare, XX, 36, 2; 37, 1; 597, 1: Deus charitas est.

II. DEI EXISTENTIA. — Deum esse non est per se notum, sed opus est discursu, XVIII, 50, 2: Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Naturæ luminis cognoscitur esse, Job, 283, 1: Nimirum interrogata jumenta et docerunt te: et volatilia caeli, et indocantur tibi. Loquere terræ, et respondebit tibi, et garrubunt pisces maris. Deus ex creaturis investigatur, IX, 429, 1: Beatus vir... qui excogitavit illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in vis illius consistens. Ejus magnificentia colligitur ex terræ et cæli fabrica, XIII, 638, 2. Deus ordinis auctor est et amator, Job, 724, 2: Numquid nostri ordinem caeli, et ponas rationem ejus in terra? Sapientiæ suæ leges toti mundo prædicat, V, 202, 2.

CAPUT SECUNDUM.

DEI ESSENTIA.

Essentia Dei metaphysica constituenda videtur in eo quod sit ens a se ac independens, seu in existentia a se, que *assuetas* dicitur. Solus est ipsum esse per essentiam, VII, 14, 2. Ipse solus essentialiter habet naturam divinam, XX, 414, 1. Esse est ei proprium novem de causis, I, 459, 1: Ego sum qui sum. Est per essentiam constans fons omnis essentie, IV, 336, 2: Est essentialiter, verum æternum ens, XVI, 303, 4. Habet vitam a sua essentia, est fons omnis vite, et vitæ dominus, 380, 2: Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic, etc. Substantia Dei qualis, VIII, 598, 1, 2: Substantia enim tuæ dulcedinem tuam quam in filiis habes, ostendebat. Deus in nullo est prædicamento, XIII, 606, 1. Attributa omnia in eo habent veram esse, *ibid.* Est ens entium, essentia essentiarum omnium, actus actuum potentias rerum omnium, V, 447, 1: Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus. Est basis, fundus, quantitas, et substantia rerum omnium, *ibid.*, 2. Est ipsum esse, tum suum formale, tum causale rerum omnium, XIII, 583, 1: Dominus (hebraice Jehove) nomen est ejus. Esse, va ejus per se præstat sola quod in creaturis præstant bonitas, sapientia, aliæque plurimæ virtutes, sed modo eminentissimo et illimitato, 493, 1.

CAPUT TERTIUM.

ATTRIBUTA DEI.

ARTICULUS PRIMUS.

ATTRIBUTA DEI IN COMMUNI.

Attributa Dei sunt unum et idem cum ejus essentia et simplicitate natura, IX, 49, 2; 110, 1:

Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est, XV, 26, 1.

Perfectiones omnes in eo insunt augustissimæ et perfectissimæ, XIV, 236, 1. Est perfectissimus a quo omnia dependunt, XVIII, 50, 1. Est superperfectus, XX, 32, 2. Cur dicitur ter maximus, ter solus, ter sanctus, XIII, 338, 1. Ejus natura et proprietates describuntur, XVII, 325, 1 et seqq. Dei plebebra descriptio, VIII, 273, 4. Ejus plena descriptio, XII, 328, 2. Ejus elogia et descriptio, IX, 9, 1; 608, 2; X, 204, 2; 219, 2; 238, 1; 418, 1; 420, 1. Ejus descriptio compendio tradita, XIV, 237, 1. Ejus attributa septem, II, 515, 1.

ARTICULUS SECUNDUS.

ATTRIBUTA DEI QUÆ MAGIS AD DEI SUBSTANTIAM HÆRENT REPERIUNTUR.

I. DEI UNITAS.

1. De Dei essentia est ut sit unus, XII, 559, 2 et seqq. Est unus et idem, non duo, XVIII, 546, 1: Deus autem unus est. Eum esse unum docetur sex rationibus, II, 422, 1, 2 et seqq.: Audi, Israel: Dominus Deus noster, Dominus unus est. Hanc unitatem etiam gentiles cognoverunt, I, 460, 1. Deus est quasi unitas in numero, VIII, 547, 2: A magnitudine enim spiritus, et creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. Ex mundi officio cognosci potest eum esse unum in essentia, XVI, 304, 2: Mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. Deus Pater quomodo subdine, in Evangelio dicitur unus et solus, XV, 24, 2. Deus unus est actu, tres virtute, id est unus essentia, tres in personis, IX, 488, 2 (Vide TRINITAS).

2. Errores circa Dei unitatem, ubi de polytheismo et idololatria. Dei gentium plurimi et multiplicati, XI, 669, 1: In multitudine vice tuæ laborasti, non divisti: Quiescam. Dii gentium in Scriptura aliquando dicuntur, VI, 305, 1. Dii gentium fuere homines quos ars vel beneficium datum deos fecit, XII, 461, 1, 2. Dii haberi et ut tales coli volebant varii reges et principes, 703, 2. Dii mortuum unde, III, 663, 1. Deus præsidet urbium esse rati gentiles, multa iis ubique delubra extraxere, XI, 427, 2. Deos tutelares urbis, gentiles eam obsidentes carmine aliquo evocabant ut ad se transirent, XIV, 66, 1. Dii erant mera vanitas et inanitas: colebantur sub figura utriusque sexus, III, 290, 2. Dii gentium talia a ministris exhibebant qualia domitrici a famulis, XVII, 327, 2: Deus qui fecit mundum, non in manufactis templis habitabat, nec manibus humanis colitur. De Deo variis philosophorum errores, I, 478, 1. Eum quales fingunt ethnici, heretici, carnales, IX, 291, 1: In sensu sit tibi cogitatus Dei. Eum ethnici veluti ignem concipiebant, XIV, 560, 1: Ipse enim quasi ignis confans. Deorum filios se esse multi gentiles actabant, XX, 563, 2 et seqq. Veteres homines bonæ de Republica meritis in deos relebant, I, 604, 2. Deos omnibus cupidinibus suis præcibant, XX,

368, 1: Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulaverunt in... illicitis idolorum cultibus. Diis suis ascribent gentes scelera sua, IX, 447, 1. Deus cuique id est a quo vitam et vitæ necessaria expectat, XVIII, 652, 1, 2: Hoc scilicet intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Dii gentium vani deluculi, Psalm. II, 451, 1, 2: Omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem celos fecit. Dii non sunt ab idoloplasticis, sed a cultoribus eos invocantibus, XIII, 512, 1. Dii quilibet vocabantur ab Hebraeis in plurali Baalim, 428, 1, 2: Baalim immolabant, et simulacris sacrificabant. Quam hi impotentes essent, 330, 2 et seqq. Cur toties Deus in idola invenitur, XI, 565, 1: Cui assimilatis me? Per Prophetas contra esse Israelæ ab idololatria revocare, XIII, 219, 1. Dies Baalim quomodo visitare dicitur, I, 340, 2: Et visitabo super eam dies Baalim. De veri et Deorum falsorum antithesis, Psalm. II, 274, 4 (Vide IDOLOLATRIA).

II. DEI SIMPLICITAS.

Deus est purissimus spiritus, non corporeus, XVI, 362, 1, 2: Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Eum quem spiritum fingent stulto, XVII, 320, 2 et seqq. El quomodo Scriptura tribuat membra, I, 629, 1: Et viderunt Deum Israel, et sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphirini. Deus non vere et proprie, sed metaphorice habet oculos, aures, etc. quomodo dicitur habere lentos pedes, longas aures, fortes manus et latas nares, XIX, 307, 1, 2. Ejus manus quid sit, VII, 305, 1: Sunt justi alique sapientes, et opera eorum in manu Dei.

III. DEI INDEPENDENTIA.

Deus nullius auxilio eget, 518, 2: Cujus adiutor es? numquid imbecillis? et sustentas brachium ejus qui non est fortis? Non opus habet nostro consilio, Job, 653, 1. Est summe sibi sufficiens, I, 477, 1: Ego Dominus (hebraice *beel saddari*, in Deo *liberali*): XVIII, 577, 1.

IV. DEI INFINITAS.

In attributis omnibus et singulis est posuere infinitus, XIV, 236, 2. In infinitum transcendit non tantum res creatas earumque perfectiones et dotes, sed et res omnes possibles et imaginarias, que sunt infinite, æque in infinitum, *ibid.*

V. DEI IMMENSITAS, INCOMMENSURABILITAS ET INCOMPREHENSIBILITAS.

1. Deus immensus est, VIII, 522, 2. Ejus immensitas, XVIII, 617, 1: Ut possit comprehendere... quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum. Est omnibus excelsior, profundior, latior, longior, 616, 2. Ejus immensitas describitur, XVII, 331, 1: In ipso enim vivimus, movemur et sumus. Est locus locorum, *ibid.* Ipse non totus permeat, *ibid.* Omnia universi loca permeat et occupat, X, 447, 1. Ejus essentia est in singulis locis

et spatii tota, et ejus vis sapientie versatur circa res singulas, IX, 54, 2; 55, 1. Locus possessio est ejus quam sit vastus, XII, 443, 1. Magnæ est et non habet finem. Deus in spatiis vacui, III, 598, 1: Si enim caeli colorum te capere non possunt quanto magis domus hæc quam a discipulis. Est in caelo, supra caelum, infra caelum, et ultra in immensum, XI, 497, 2. Ejus sedes quomodo sit caelum, terra scabellum, 758, 1, 2: Cælum sedes mea, terra autem scabellum. Ipse loco et templis non continetur, XVII, 337, 1. Replet omnia, Job, 267, 1: Excelsior caelo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? Longior terra mensura ejus, et latior mari. Ejus immensitatem quam nemo evadere potest, quomodo Job exprimat, Job, 267, 1, XIII, 637, 1: Si descenderit usque ad infernum, inde manus meæ adducet eos, Quomodo omnia suo numine, substantia et operatione compleat, XVII, 335, 2. Quomodo super omnes, per omnia et in omnibus, XVIII, 625, 4. Ubi esset Deus, cum nihil vel nullus locus esset in terra natura, XX, 520, 4. Annuntiamus vobis vitam æternam quam erit apud Patrem, et apparuit nobis. Omnia agit intra se, XIX, 76, 1: Omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Ipse est sphaera et circulus, XVIII, 617, 1 (Vide infra OMNIPOTENTIA).

2. Deus incomprehensibilis est, Job, 266, 1: Forsitan vestigia Dei comprehendentes, et usque ad perfectum amplexum reperies? 688, 2: 689, 1: Quis potest scrutari vias ejus? Est invisibilis et per gloriam incomprehensibilis, IV, 290, 1: XI, 174, 1. Ejus incomprehensibilitas, XVII, 326, 1, 2. Est absconditus et inaccessus in se, XI, 557, 4, 2: Vere tu es Deus absconditus. Invisibilis est, Job, 226, 2: Si venerit ad me, non video eum: si aberit, non intelligam; 458, 1: Si ad orientem iero, non apparebit; si ad occidentem, non intelligam eum; si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum; si me certam ad dexteram, non video illum. Quomodo sit invisibilis, Psalm. II, 455, 2: Nubes et caligo in circuitu ejus. Est lux sibi, nobis caligo, I, 604, 1: Moyses autem accessit ad caliginem, in quo erat Deus; XX, 646, 1: Qui malefacit, non videt Deum. Ejus obscuritas et caligo, XIV, 99, 1. Cur habitare dicitur in caligine et nube, IX, 63, 2. Ad Deum caligat omnis creatura, III, 560, 1; 575, 2; 597, 1: Non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam. Occultus est et ineffabilis, Job, 704, 1: Digne eum invenire non possumus, magnus fortitudine, et judicio, et justitia, et enarrari non potest. Non potest ulla imagine exprimi, XX, 595, 1: Deum nemo vidit unquam. Eum nemo vivens vidit, nec audit, XVI, 313, 1: Deum nemo vidit unquam; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit; 385, 4: Neque vocem ejus unquam audistis, neque speciem ejus vidistis, XX, 594, 2. Quomodo Deum videre nemo possit, XIX, 265, 1: Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Clare hoc mundo a nobis cognosci necavit, XVII, 329, 2:

Facile est ex uno omne genus hominum... querere Deum, si forte attraherent eum, aut inveniunt. Eius essentia plane cognosci nequit, VI, 427, 1. Deum quomodo nunc videamus, Psalm. I, 223, 2: Apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. Quo plus cognoscitur, eo plura cognoscenda demonstrat, X, 420, 1: Gloriantes ad quid valebimus? Ipse enim omnipotens super omnia opera sua, 426, 1. Deus fugere videtur a contemplativis, sicut navigantibus fugere videntur montes et sylve, cum iuxta eas navigant, VIII, 414, 1, 2: Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille declinaverat atque transierat.

Dei opera sunt incomprehensibilia, IX, 130, 2; 131, 1: Plurima enim super sensum ostensa sunt tibi. Incomprehensibilitas operum, consiliorum et substantiæ ejus, XII, 240, 1: Incomprehensibilibus cogitata. Sapientia ejus incomprehensibilis, IX, 53, 2: Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit? 502, 1. Non est minuire, neque adficere, nec est invenire magnalia Dei. Multa ejus arcana homines scrutari nequeunt, VI, 253, 4; 254, 4.

VI. DEI ÆTERNITAS.

Deus æternus est, Job, 247, 2; 248, 4: Numquid sicut dies hominis tui, et anni tui sicut humana sunt tempora? IX, 629, 1: Ab initio et ante sæcula creata sum. Est æterna, immensa et essentialis sapientia, XX, 33, 2. Ejus æternitas, XIV, 418, 1: Egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis; XXI 216, 2: Juravit per viventem in sæcula sæculorum. Donus Dei est æternitas, II, 533, 1: Habitaculum ejus sursum, et subter brachia sempiterna. Quam æternitatem habet, XI, 670, 1, 2: Excelsus et subtilis habitans æternitatem. Est æternus et immutabilis, XVI, 295, 2: In principio erat Verbum; 435, 2: Antequam Abraham foret, ego sum. Deus solus æternus, quia immutabilis, et cur immutabilis, Psalm. II, 184, 1: Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

In Deo non est ulla distinctio temporis, sed instans semper durans, unum e. idem, V, 231, 2 et seq.: Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram... ante colles ego parturiebar. Ipse nullo tempore aut loco creato mensurari potest, XI, 670, 1, 2. Omnia tempora presentia, præterita, futura, infra se habentia et circumstantia fixus et immotus consistens contempletur, ibid. Quomodo de eo dicatur, Fuit, est, erit, XXI, 47, 1, 2: Gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est. In eo idem est præteritum, præsens et futurum, XIX, 356, 4, 2: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Omnia tempora in momento pervidet, XX, 479, 4: Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Est primus et novissimus, a et o, XI, 511, 2; 512, 1: Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio? XXI, 25, 1: Ego sum a et o, principium et finis; 442, 4. Est idem pentalpha, 26, 1.

Quomodo dicatur regnare ultra æternum, I, 570, 1 et seq.: Dominus regnabit in æternum et ultra. Æternitatis longitudo, ibid., 2. Est Dominus æternitatis, XI, 503, 1: Deus sempiternus Dominus.

Quomodo dicatur rex sæculorum, X, 238, 1: Sciatis omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspexeris sæculorum; XI, 512, 2; XIX, 488, 2: Regi sæculorum immortalis, invisibilis, solus Deus; honor et gloria. Est rex sæculorum, præses temporum, dominus et gigas æternitatis, XIV, 253, 1, 2: Incurvati sunt colles mundi, eb itineribus æternitatis ejus. Est gigas sæculorum, XI, 670, 2. Est ævum ævorum, I, 450, 1: Ego sum qui sum; XIV, 254, 1. Ejus æternitas est causa et origo omnium sæculorum et temporum, ibid. Est princeps temporum quasi sol, XIII, 570, 1, 2. Ejus æternitas omnia tempora ambit et complectitur, XX, 505, 2: Quod fuit ab initio... annuntiamus vobis. Deus auctor temporis et super omne tempus, Job, 495, 1: Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora; qui autem noverunt eum, ignorant dies illius. Cur dicitur vivus, XIX, 266, 1: Divitiis hujus sæculi præcipue... sperare in Deo vivo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Est vivus et originalis vita omnium aliarum vitarum, XX, 281, 1, 2: Ad quem accedentes lapidem vivum; 518, 1: Quod perspeximus, et manus nostræ contractaverunt de Verbo vitæ. Est vita increata et causa vite omnium angelorum, hominum et animalium, tum naturalium, tum supernaturalium, XXI, 83, 1: Cum darent illis animalia gloriam et honorem, et benedictionem viventi in sæcula sæculorum.

VII. DEI IMMUTABILITAS.

Deus est constans et immutabilis, X, 29, 1: Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Semper manet idem, variatis rebus aliis, XIV, 254, 1. In eo non est ulla variatio, vel successio visionis rerum, IX, 57, 2: Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ovo. Apud eum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; XX, 67, 1.

Ejus immutabilitas in quo consistat, XIII, 497, 1. Est immutabilis diversimode, XX, 67, 2. Est immutabilis octupliciter, XIV, 595, 2: Ego enim Dominus, et non mutor. Nihil ei unquam accrevit aut decrevit, X, 379, 2: Qui est ante sæculum, et usque in sæculum, neque adjectum est, neque minuitur, et non eget altiusque consilio. Nulla re turbatur, sed in omni re et eventis æquanimis est, XIII, 498, 1. Deus solus immortalis et immutabilis, XVIII, 67, 2: Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? 195, 2: Sine parentibus sunt dona et vocatio Dei; 546, 1; XIX, 489, 1; 264, 1; 286, 2: Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hujus immutabilitatis variae causæ, XIV, 595, 2. Naturæ ejus plenitudo et perfectio, 596, 2. Est actus purus, nihil habens admixtum potentialitatis, ibid. Est in-

placissimus, XIV, 596, 2. Est ipsum esse, ibid., 2. Quod vult, hoc ab æterno vult, ibid. Omnia ei sunt presentia, ibid. Est immutabilis, licet interdum mutet sententiam latam contra peccatores, I, 724, 2 et seq.: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos.

In mente Dei ab æterno fuerunt omnia veritatis æternæ dictamina, IX, 51, 1: Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum. Ejus motus et decretum immutabile est, nec retractari potest, XII, 485, 2: Non revertentur (quatuor animalia) cum incederent. Ejus dispositio firma et inconcussa est, IX, 686, 2. Ejus consilia certa et stabilia sunt, VI, 31, 2 et seq.: Nullæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit. Quod ipse statuit, certo evenit, ibid.

ARTICULUS TERTIUS.

ATTRIBUTA DEI QUÆ AD DEUM, UT CAUSALITATEM ABSOLUTAM SPECTATUM, REFERUNTUR.

I. DEI OMNIPOTENTIA QUÆ MUNDUM CREAT ET CONSERVAT.

Deus est omnipotens, XV, 481, 1: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. Quam sit omnipotens, XIII, 637, 2: Dominus Deus exercituum qui tangit terram et tabescet; Job, 435, 1: Qui facit magna et inscrutabilia absque numero; 268, 1: Si subverterit omnia, vel in unum corruerit, quis contradicet ei? Nomen ejus potens, XVI, 38, 1, 2: Fecit mihi magna qui potens est. Eius potentia et magnificentia describitur, XIV, 462, 1, 2; 463, 1, 2. Est solus potens et dynasta, XIX, 263, 2: Quem (adventum Christi) suis temporibus ostendit beatus et solus potens. Deus deorum quomodo dicatur Dominus, Psalm. I, 338, 1, 2: Deus deorum Dominus locutus est. Cur dicatur Dominus absolute, Psalm. II, 117, 1, 2: Dicit Domino: Susceptor meus es tu. Qua ratione sit altissimus, Job, 469, 2: Annon cogitas quod Deus excelsior celo sit, et super stellarum verticem sublimetur? Vocatur Dominator Dominus, XX, 658, 1: Et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes. Ipse est omnium Dominus, X, 322, 2. Deus solus magnus est, Psalm. I, 203, 1: Magnificatæ Dominum mecum.

Deus est principium omnium rerum; XVI, 442, 2: Dixit eis Jesus: Principium, qui et loquor vobis. Omnium entium est causa, 338, 1: Cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem et omnia. Est omnia et omnium causa finalis conservans et efficiens, XIV, 235, 2. Est prima causa efficiens, exemplaris et finalis rerum omnium, V, 487, 1: Universæ propter semetipsam operatus est Deus. Deus emittent omnia in se continet, Psalm. I, 331, 2: Cognovi omnia volatilia cæli, et pulchritudo agrum mecum est. Est fundus et fundamentum omnium rerum cui omnia ionica recumbunt, XIV, 436, 1. Quomodo vocet ea que non sunt, tanquam

ea que sunt, XVIII, 86, 1, 2. Dei vocare omnia, creare et facere, ibid. Eius dicere, idem est quod facere, 839, 1. Dei vocis est efficacia, Psalm. I, 163, 2: Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit. Eius jussio est efficax, XV, 220, 2: Volo, mundare. Verbo creavit omnia, et quidem ex nihilo, X, 424, 1. Deus cur omnia fecerit verbo, Psalm. I, 195, 2: Ipse dixit, et facta sunt. In Deum Scriptura omnia refert et quare, III, 278, 2. Omnia ei sunt possibilia, XV, 220, 1; 434, 2; XVI, 25, 1: Non erit impossibile apud Deum omne verbum, XVI, 411, 1. Est plastes et opifex universi, XI, 542, 2: Numquid est Deus absque me, et formator quem ego non noverim? Deus dicitur mundus exemplaris, XIII, 576, 1.

Quæ facit perfecta sunt, X, 342, 1, 2. Ejus opera summe perfecta sunt, IX, 501, 2: Non est minuire, neque adficere, nec est invenire magnalia Dei. Quæ Dei sunt, et maxima et perfectissima sunt, XIV, 471, 2; XVII, 476, 1. Eius opera sunt perfecta tripliciter, II, 514, 2: Dei perfecta sunt opera, et omnes viæ ejus judicia. Eius opera edificantur mirabilia, IX, 337, 2: Mirabilia opera altissimi solius, et gloriosa, et abscondita, et invisita opera illius. Deus in minimo eminent maximus, XIII, 218, 4, 2. Non minor est in verne quam in celo et in sole, X, 375, 1: Memor ero igitur operum Domini, et quæ vidit annuntiabo. Eius est de minimis facere maxima, XI, 255, 2. Eius effluvia in omnibus operibus ejus apparet, X, 375, 2: Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua? Potest adhuc plura efficere, et de novo creare et perfectiora, 433, 2: Multa abscondita sunt majora his (operibus); pauca enim vidimus operum ejus. Trias sunt quæ non facere potest meliora, XII, 228, 2. Cur noluerit condere mundi opera omni ex parte perfectiora, VII, 442, 1: Cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus a principio usque ad finem. Omnia creata perfectiora reddere potest, IX, 61, 2: Radix sapientiæ cui revelata est, et astutias illius quis agnovit?

Cur mundum quasi pilam pulchram hominum obtutibus objecerit, VII, 141, 2. Jam de nihilo nihil creat de novo, XV, 342, 1, 2. Opera sua etiam ornavit, IX, 472, 1: Ornavit in æternum opera illorum. Magna gaudet imminueri et contrahere, XIII, 218, 1, 2. Universum totum in homine collegit, dum eum microcosmum fecit, ibid. Cur hominem microcosmum fecerit, VII, 141, 1. Creavit hominem eum consilio, X, 460, 2. Quasi osculando Adamum fecit, VII, 468, 2: Osculetur Me osculo oris sui. Quomodo animam hominis inspirat, dum eam creat, XI, 671, 1, 2: Quis spiritus a facie mea egreditur, et status ego faciam. Deus volens fidem hominis probare quid in ejus creatione fecerit, VII, 154, 1. Eius sumus per creationem et fidem, XVIII, 276, 2: Vox autem Christi, Christus autem

Dei, XX, 12, 1: *Jacobus, Dei et Domini nostri Jesu Christi servus.*

9 Quid in rerum creatione spectarit, V, 487, 1: *Universa propter semelipsum operatus est Deus. Operatur omnia propter suam gloriam increatam, non propter creatam.* 488, 1: Est ultimus omnium rerum finis, V, 487, 2; X, 415, 1, 2: *Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia.* Item medium, *ibid.* Est rerum omnium consummatio, X, 416, 1. Est omnium rerum et nostrum, et actionum nostrarum initium et finis ultimus, XVI, 456, 2; 321, 2; 443, 1. Dei opo a omnia ex misericordia profecta sunt, *Psalm.* II, 799, *in titulo.* Mundum creavit propter electos, XI, 610, 1: *Posui verba mea in oratio ut plantas eorum et fructus terram.* Non querit commodum suum, sed bonum creaturarum, XIII, 498, 1.

10 Ejus omnipotentia ad omnia se extendit, III, 245, 1: *Non est Domino difficile salvare vel in milibus, vel in paucis.* Ejus omnipotentia quinque mensuras, X, 523, 2 et seq. Imperat ventis et mari, XV, 235, 1, 2. Et tribuit concessio terre, 634, 1. Quomodo verbo virtutis sue ferat omnia, XIX, 354, 1: *Portantque omnia verbo virtutis sue.* Currit est portans totum mundum, *ibid.* Est mundi Atlas, XI, 497, 2. Est adamus mundi, XIX, 76, 2. Est anima mundi metaphorice, XVIII, 641, 2. Stellis vocat ex nomine tripliciter, XI, 502, 2. Potest caelos mutare, XX, 484, 2. Ejus potentia et majestas per fulmen et tonitru ostenditur, X, 402, 1: *Imperio suo acceleravit nivem, et accelerat convasationes emittere iudicii sui.* Omnes mundi partes intuetur et tremors concutit, IX, 466, 2: *Montes struat et colles, et fundamento terra: cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.* Distantia inter Deum et mundum, XI, 609, 2: *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputat mens ei.* Omnes creaturae sunt coram infinito ejus deo quasi unus atomus, IX, 465, 2: *Non dicas: A Deo abscondit, et ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscat: quae est enim anima mea in tam immensa creatura? Res creatae possunt eo jubente in nihilum resolvi,* XX, 475, 1.

Solus miracula facere potest, XIX, 457, 4. Rerum naturalium ordinem potest invertire et evertere, XV, 555, 2. Potest angelum in puncto existentem dilatare, et corpus per spatium expansum contrahere in punctum, XVIII, 363, 1, item facit in corporibus, *ibid.* Deus non facit miracula ad confirmationem falsae doctrinae contrariae suae, XV, 214, 1 et seq.: *Domine... nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? (Vide MIRACULA.)*

11 Dominium habet perfectissimum super omnia, Job, 268, 2: *Si subvertit omnia vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei? Deus dominatur caelo quam terrae, IV, 326, 2. Habet aequale*

imperium in ea quae non sunt, et in ea quae sunt, XVIII, 170, 1: *Voluntati enim ejus qui resistit.* Solus omnipotentiae suae manu tenet volentates singulas, tum hominum, tum angelorum, XII, 385, 1: *Auferam cor lapideum, et dabo eis cor carneum;* XVIII, 26, 2. In anima ocellus quod vult operatur, XVI, 341, 2: *Spiritus ubi vult, spirat.* Operatur in creatis omnia eorum opera, X, 417, 2. Dei cogitatio una et simplex continet eminentior omnes cogitationes, *Psalm.* I, 196, 1: *Consilium autem Domini in aeternum manet, cogitationis cordis ejus in generatione et generationem.* Eminens imperium ejus in omnia, XIV, 162, 2. Est dominus omnium rerum, homo vero solum habet usum ad vitam, II, 172, 1, 2: *Terra quoque non venditur in perpetuum, quia mea est, et vos advenz et coloni mei estis.* Dominator vitae, IV, 395, 1: *Domine Pater, et dominator vitae meae.* Est vite et nois dominus, VI, 27, 2. Vocatur fortis per antonomasiam, X, 226, 2: *Dominus non elongabit, sed judicabit justos, et fortissimus non habebit in illis patientiam.*

Ipse solus regna dat et imperia, XIV, 253, 1, 2. Dat regibus jus regendi et regnum, V, 211, 1: *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt.* Est primus et summus legislator, V, 495, 1. Potestatem omnem ordinavit, XVIII, 220, 1: *Quae autem sunt, a Deo ordinate sunt.* In manu ejus est ut hunc potius creet principem quam alium, IX, 298, 1: *In manu Dei potestas hominis.* In ejus manu cor regum est, VI, 87, 1; XIV, 316, 2. Rogandus est ut pius det reges et principes, XIV, 316, 2.

12 Potentia sua est fortitudo nostra, et quomodo, XIV, 266, 2: *Deus Dominus fortitudo mea.* Ejus proprium est nos adjuvare, XVIII, 141, 1: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Est protector potentia, X, 202, 2: *Protector potentia firmamentum virtutis, legem ardoris, etc.* Item firmamentum roboris et suorum hyperaspites, 203, 1. Triplicem iis adhibet custodiam, *ibid.* Est idem legem ardoris, et umbraculum meridiana, *ibid.* Desiderat deprecationis et adiutorium casus, *ibid.* et seq. Animam exaltat et illuminat, 204, 1. Dat sanitatem et benedictionem, *ibid.* Se Deum constantium et robustorum exhibet, 206, 1: *Dominus solus sustentibus se in via veritatis et iustitiae.* Est robor et sanitas animae, XI, 108, 2. Quare dicatur salus animae, *Psalm.* I, 212, 2: *Dic animae meae: Salus tua ego sum.* Antonomastice cur dicatur salus, XIV, 265, 1: *Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo.* Semper suis adest per opem, XI, 202, 1. Quomodo sit sanctorum spes et fortitudo, 524, 1: *Et Dominus spes populi sui.* Proctus iustos, 449, 2: *Super omnem enim gloriam protectio.* Et tabernaculum erit in umbraculum dei ad azyl. Pios tuetur ab astu et machinationibus impiorum, VI, 381, 2. Adest suis in tribulatione,

XVI, 27, 1. Praesens adest suis etsi non videatur, 28, 2. Est piorum murus, VI, 366, 2. Juvat injuriam patientes, 74, 1, 2: *Expecta Dominum, et liberabit te.* Est justorum refugium, V, 569, 2: *Turris fortissima, nomen homini, ad ipsum currit justus et exaltabitur;* 471, 1. Noster Mars et azylum est, XIV, 163, 2: *Bonus Dominus, et confortans in die tribulationis.* Dei protectio in tribulatione, *Psalm.* I, 24, 1. In calamitatibus suis immunes praestat, XIV, 263, 1: *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Suos confirmat, perficit, solidat diversimode, XX, 399, 1. Sanctos tuetur qui in ipso omnia adversa continent, XVIII, 148, 1.

13 Deus quibus armis se defendit, et suos protegit, *Psalm.* I, 212, 1: *Apprehendo arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi.* Ejus panoplia describitur, XI, 656, 1: *Indutus est iustitia in lorica, et galea salutis in capite ejus.* XVIII, 696, 2: *In omnibus sumentes scutum fidei... Et galeam salutis assumit, et gladium spiritus quod est verbum Dei.* Deus protector justorum et clypeus, *Psalm.* II, 119, 1. Scuto te circumdabit veritas ejus, X, 200, 1, 2. Et scutum inexpugnabile, Job, 134, 2: *In saeva tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum.* In persecutionibus hostium et conscientiae anxietate suis auxilium et scutum est, XVIII, 448, 2: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet?* Eius quae sint cornu, XIV, 250, 2: *Splendor ejus ut lux erit, et cornu in manibus ejus.* Eius robor et potentia vocatur equus et quadrigae, 257, 2: *Qui ascendes super equos tuos, et quadrigae tuae subvultu;* 262, 2: *Viam fecisti in mari equis tuis.* Deus cur aquila et gallinae comparetur in Scripturis, *Psalm.* II, 418, 2: *Seipulis suis obumbrabit tibi.* Deus est nobis robor, petra, arx munissima, munio, scutum, clypeus, cornu salutis, *Psalm.* I, 93, 1, 2. Deus petra cor dicatur, *Psalm.* II, 98, 2. Dei protectio est velut tentoria, *Psalm.* I, 30, 2: *Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.* Omnes creaturae sunt ejus exercitus, XII, 576, 1. Deus creaturas transformat ad commodum piorum; exempla, VIII, 638, 1, 2: *Tanquam enim equi depaverunt escam, et tanquam agni exultaverunt magnificantes te, Domine, qui liberasti illos.* Descendit cum angelis in auxilium fidelium, XIV, 532, 2: *Et venit Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo.*

14 Illius potentia maxime se ostendit, ubi maxima est infirmitas, XVIII, 506, 2: *Libenter igitur gloriatur in infirmitatibus meis, ut inhabilet in me virtus Christi.* In infirmis robor suum ostendit, XIV, 506, 2: *Salvabit Dominus tabernaculum Juda, ut non magis gloriatur domus David.* Saepa infirmos roborat, ut praevaleant fortibus, XIII, 583, 1: *Qui subridet vastitatem super robustum.* Pupillus tuetur, 469, 1: *Ejus qui in te est, miserabitur pupilli.* Est pater pauperum, Job, 572, 2.

Est patronus egenorum, Job, 140, 2: *Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem;* 142, 1: *Et erit oculo spes 621, 2: Si levari super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta suaverium.* Est viduarum protector, XIX, 237, 1: *Quae vere vidua est et desolata, speret in Deum.*

15 Tunc maxime adest cum res videntur plane desperatae, XII, 263, 2: *Descendit itaque Jeremias in carum;* 789, 1: *Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, et perit spes nostra, et abscissi sumus;* XIII, 319, 2; XVI, 489, 2: *Nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus;* XVII, 451, 1, 2 et seq.; XX, 21, 2; 390, 1. Quae hujus rei causae, XIII, 319, 2. Deus adest in desperatis, tam facile potest suam potentiam, opem et victoriam applicare paucis, quam multis militibus, IV, 426, 1: *Facile est concludi multos in manu pauperum, et non est differentia in conspectu Dei liberare in multis et in paucis.* Cur saepe paucos elegerit ut multos prosterneret, *ibid.* Solet afflictos ad extremum usque redigere, ac tum demum succurrat, XI, 440, 1: *Nunc consternam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc sublebor.*

16 Omnem humanam potentiam sibi adversum subridendo sternit, XIII, 583, 1, 2. Ejus potentia in dejectionis regibus, XI, 501, 2: *Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint.* Dissipat conatus impiorum, Job, 438, 1: *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possent implere manus eorum quod sperant.* Quomodo comprehendat sapientes in sapientia sua, XVIII, 278, 1: *Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum,* XIV, 30, 2. Variis modis infatuet Deus consilia prudentium, III, 499, 2.

17 Eius potentia in Veteri Testamento, XVI, 40, 2: *Fecit potentiam in brachio suo.* Ejus potentia exprimitur per sessionem super Cherubim, XIV, 435, 2. Dei potentia laudes, *Psalm.* I, 162, 1.

18 OMNIPRESENTIA (vel actus permanens entis divini, ejusque omnipotentiae in omnibus temporibus, locis, entibus).

19 Deus ubique praesens est, XII, 483, 2; XVII, 333, 1; XX, 328, 1: *Oculus homini super justos, et aures ejus in precibus eorum.* In omnibus operibus suis intime est praesens per essentialiam, praesentiam, potentiam, X, 380, 1: *Quam desiderabilia opera ejus, et tanquam scintilla, quae est considerare.* Quomodo habitatio et domus ejus sit caelum empyreum, IX, 622, 2: *Ego in altissimis habitavi.* Ipse est in omnibus, et est omnia, X, 416, 1 et seq.: *Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.* Ubique praesens est, omnia intuetur, XVI, 323, 2: *Priusquam Philippus te vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.* Est supra et intra omnia, ut omnia contineat et sustentet, X, 380, 2. Ut in aliquo loco operetur, eo se non transfert, XII, 782, 2: *In visionibus Dei adduxit me in terram Israel.* Dei praesentia quid operetur, *Psalm.* I,

94. 2. Quibus modis presentiam suam manifestet, *Psalm.* II, 445, 2.

2° Omnibus nobis ubique intus et praesens est, XIII, 448, 2. Non longe est ab unoquoque nostro, et quomodo, XVII, 330, 1. In eo quomodo ipsi simus, 330, 2 et seq.; 332, 1. Quomodo sit nobiscum, XI, 201, 2. Si ipse non esset in loco, nos in eo esse non possumus, XVII, 331, 2. Est quasi aura qua respiramus, *ibid.* Sub eius dominio et iurisdictione vivimus, 332, 1. Est nostra vita et anima, *ibid.* In eo vivimus non formaliter, sed effective, XVII, 335, 2. Solus menti illabi potest, XIII, 507, 1. Est realiter in anima sancta, *ibid.* Variis modis est in justis, VIII, 16, 2 et seq. Substantialiter novo modo inest justo, XIII, 298, 4 : *Et erit in loco ubi dicitur eis : Non populus meus vos ; dicitur eis : Filii Dei viventes, XIV, 354, 1.* Deus habitat in tabernaculo sapientiae, IX, 626, 1 : *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Quomodo maneat in anima, XVI, 550, 2 : *Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Habitat in nobis quadrupliciter, XII, 66, 1 : *Habitabo vobiscum in loco isto.* Habitat in amante et justo, XX, 598, 2 : *Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.* Quos tunc ibi producat effectus, 600, 1. Quomodo semper apud Christianos sit, XI, 275, 2 : *Evangelia et lauda, habitatio Sion ; quia magnus in medio tui sanctus Israel.* Deus prope est malis per justitiam, bonis pro auxilium, *Psalm.* II, 331, 1 : *Prope es tu, Domine ; et omnes vias tuae veritas.* Peccatores eum latere non possunt, XVIII, 438, 4 : *Abdicamus occulta dedecoris.*

